

nonnullos^{hh)} professores viros invenisse te in tua dyocesi prelibate littere denotabant seⁱⁱ⁾ Beghardos^{jj)} vulgarius^{kk)} sive^{ll)} pueros vel fratres liberi^{mm)} spiritus nominantes, qui nonⁿⁿ⁾ attendentes, quod *qui*¹⁸⁸⁾ *seminat*^{oo)} *iniquitatem metet mala et virga ire sue*^{pp)} *consumabitur*^{qq)}, mulieres^{rr)} ipsas in premissa demencia nutriunt, instruunt^{xs)} et defendunt.

Innuebant insuper eêdem littere preter prescriptam^{tt)} prophanam sectam esse mulieres alias laudabilis status in dyocesi^{uu)} et partibus prelibatis^{vv)} in excessiva copia — quasi ducentarum^{ww)} milium numerum excedentes —, aliquas^{xx)} clari, aliquas nobilis, alias mediocris et alias humilis status et^{yy)} generis a primis omnino diversas, que *nomen domini non* recipientes in *vanum*^{188a)} nec aliud agentes^{zz)} aliud simulant honestum et humilem habitum — si^{a)} dici debeat habitus — deferunt, et^{b)} per^{c)} virtutum et exemplarium actionum odoramenta^{d)} percurrunt, et carnalibus spurciciis dato repudio integritatis sponso perpetuam continenciam devoventes honestis prelatorum suorum exhortacionibus obediunt et^{e)} preceptis. Quarum alique licet^{f)} proprias, alique parentum, alique locatas cum familia tamen^{g)} honesta domos inhabitent^{h)}, alique vero rerum cogente defectu simul in eadem domo ad maiorem mutueⁱ⁾ castitatis^{j)} observanciam inmorentur^{k)}, nichilominus tamen vita^{l)} moribus et conversacione prestantes seminare de benedictionibus annuntantur^{m)} in terris, quod cum fructu multiplici recolligereⁿ⁾ valeant in supernis.

Verum, sicut in prefatis tuis inseruisti litteris, sunt nonnulli prelati et rectores ecclesiarum diversarum dyocesium, qui non discernentes inter bonam vitam et reprobam, ac frumenta non^{o)} excutientes a^{p)} paleis^{188b)},

hh) nonnullas W ii) fehlt P jj) Begardos BP kk) vulgari-
 ter BW ll) fehlt sive — spiritus W mm) libere P nn) fehlt non —
 consumabitur W, ut S oo) folgt non (*dazu am Rand:*) in P pp) fehlt B
 qq) consummabitur B rr) premissas mulieres statt mul. ipsas W ss) fehlt W
 tt) prescripta W uu) fehlt dyocesi et W vv) folgt scilicet Alamannie S
 ww) ducentorum P xx) fehlt aliquas — generis W yy) fehlt et — di-
 versas B zz) fehlt S, folgt et W a) deferentes statt si — repudio W
 b) fehlt P, sed B c) fehlt S d) ornamenta B e) nec aliquam de supra-
 dictis demenciis sibi vendicant aut presumunt statt et — supernis W f) fehlt P
 g) inde B h) inhabitant P i) mutuo P j) caritatis S k) commoren-
 tur B l) vitam B, folgt et P m) annuntantur B, nituntur S, admittuntur P
 n) colligere B, recolere P o) omnino P p) de S q) folgt in Clemenis-
 tis (!) W

¹⁸⁸⁾ Prov. 22, 8.

^{188a)} Vgl. Exod. 20, 7.

^{188b)} „Die Spreu vom Weizen sondern“: Das Sprichwort geht auf Matth. 3, 12 zurück (*et congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili*); vgl. G. B ü c h m a n n, Geflügelte Worte (³⁰1961) S. 59.